

Hagemann:

Seferus  
injurato  
vulgo Haard,  
Lehn









25. 10

DE  
FEVDO INIVRATO

VVLGO  
HAND - LEHN

DICTO  
OBSERVATIONEM

SCRIPSIT

D. THEODOR. HAGEMANN

IVR. PROF. PVBL. ET FACVLTATIS IVRIDICAE ASSESSOR  
EXTRAORDINAR. IN ACADEMIA HELMSTADIENSI.

HELMSTADII

EX OFFICINA M. G. LEVCKART ET FILII

MDCCLXXXVIII.





UNIVERSITÄT

LEIPZIG

LIBRARY

DEPT.

OF THE

UNIVERSITY

OF LEIPZIG

LIBRARY


LEIPZIG

UNIVERSITY

LIBRARY







DE  
FEVDO INIVRATO  
VVLGO  
HAND - LEHN  
DICTO  
OBSERVATIO.

---

§. I.

**V**ltimum fere in societate ciuili praesidium, quo pronam ad fallendum decipiendumque mortalium naturam quasi incapistrare possumus, est iurisiurandi religio. Cuius inde apud omnes paene gentes in firmanda fidei, reuerentiae obedientiaeque promissione et frequens et antiquus fuit vsus. Vasalli quidem ipsa nexus feudalis ratione obligantur, ne vlllo modo, nexu feudali durante, fidem domino directo debitam violare tentent; fidem enim semel datam falli et ipsae naturae leges vetant, quas nemo, qui honesti probique viri nomen velit tueri, facile neglexerit. At, cum multis ea gloria, quae in vitae probitate fideique praestatione posita est, potius contentui quam curae cordique esse soleat, neque militiam vasalli vel prudentissimus attentissimusque dominus vl-



#### IV

lo pacto praeuidere queat, optimi consilii esse videtur, ut vasallus religionis quasi vinculo obstringatur ad fidem reuerentiamque rite seruandam <sup>1)</sup>). Hinc et moribus et legibus gentium institutum est, ut quilibet vasallus, quae officia iam ex pacto feudali praestanda sunt, eadem insuper iurato domino directo promittere debet; quod iusiurandum *vasallagii* nomine insigniri solet <sup>2)</sup>).

<sup>1)</sup> *Io. Hen. Berger* in disp. de nexu iurisiurandi, quo fidelitas continetur §. 5. in ei. dissertat. iur. select. num. 42.

<sup>2)</sup> Vox *vasallagii* in consuetudinibus feudorum non occurrit, quamquam res ipsa iuris feudalis Longobardici compilatoribus non fuit ignota, quippe quod patet ex textu II. F. 4. II. F. 24. §. I. ubi *fidelitas* pro ipso *vasallagio* siue *fidelitatis iuramento* accipitur. Cf. III. *A. I. Schnaubert* in Commentar. ad *Ge. Lud. Boehmer* principia iur. feud. §. I.

#### §. II.

Debet itaque, ut diximus, quilibet vasallus ex praescripto legum domino suo directo fidem et reuerentiam iurato promittere, nec eo inuito ab actuali iurisiurandi fidelitatis praestatione liberari potest <sup>3)</sup>); nisi eo pacto feudum sit adquisitum, ut sine fidelitatis iuramento habeatur: <sup>4)</sup> sunt enim quaedam feuda ita data ut pro his fidelitas (i. e. iuramentum fidelitatis) non sit praestanda <sup>5)</sup>, quae quandoquidem dextra tantum in fidem datur, vocantur *feuda iniurata*, non *iurata*, vulgo *Hand-Lehn*, *unbeschworne Lehen* <sup>6)</sup>. Quicumque autem vasallus ab hac obligatione se liberum esse feudumque suum iniuratum esse contendit, hoc legitime probare tenetur, quum a communi feudorum natura alienum sit, feudum sine iuramento fidelitatis possideri <sup>7)</sup>).

<sup>3)</sup> Exemplum huius rei memoratu dignum adfert *Lunig* in corp. iur. feud. Tom. I. pag. 1942. Petit nempe *Georgius Wilhelmus*,



*mus*, Elector et Dux Brunsvic. Luneburg. vt Abbas Corbeien-  
fis, a quo Principes nostri Serenissimi feuda nonnulla tenent,  
sibi iuramentum fidelitatis remitteret. At repulsam tulit *Ge-*  
*org. Wilhelm.* a domino directo, vt adparet ex relatione legati  
*Christ. Will. ab Eyben*, quae exstat apud *Lunig* l. c. verbis:  
dafs man zwar von der Niederknüung in besondern Respect ge-  
gen Ew. Durchlauchtigkeit abstrahiren lassen könnte; der  
*würcklichen Eidesleistung aber* dafs dieselbe iedoch also nun zu-  
gestandenermassen stehend geschehen möge, zu inhäiren sich  
obligirt halten müfste. Deinde quoque legati vice cuiuslibet  
Senioris celsissimae familiae B. L. et ceterorum simultanee in-  
uestitorum, vasallagium praestitere.

- 4) II F. 3. §. vlt. *Cassp. Bitfch* in Commentar. pag. 237 et 253.  
5) II F. 24. §. I. *Herm. Vulteus* de feud. Lib. I. pag. 124.  
6) Cf. *Christ. Gottl. Buder*, qui in amoenit. iur. feud. pag. 43. bre-  
uem de feudo iniurato dedit obseruat. Vid. quoque *Perill. Ge.*  
*Lud. Boehmer* in iure feud. §. 216. *Püttmann* in element. iur.  
feud. §. 130. *Hen. Christ. Senckenberg* in prim. lin. iur. feud.  
§. 241. *ab Eyben* in elect. feudal. cap. VIII. §. 13. et cap. IX.  
§. 3. *Wurmser* de feud. impropriis Class. III. Sect. 21. n. 39.  
*Speidel* in Spec. iuridico politico voce *Hand-Lehn*. Plures,  
qui feudum iniuratum strinxerunt, adducere scriptores, vix ne-  
cesse est.  
7) *Perill. Ge. Lud. Boehmer* l. c. §. 40. et *Püttmann*. l. c. §. 37.  
et 421.

### §. III.

Ex ipsa autem feudorum iniuratorum constitutione at-  
que origine probari potest, a vasallo fidelitatem nullo corro-  
borandam esse iureiurando. Praeprimis vero duplici modo  
constituitur et acquiritur feudum iniuratum: 1) Si *ea lege*  
est vasallo concessum, vt sine actuali iuramenti fidelitatis  
praestatione habeatur<sup>8)</sup>; 2) si idem est receptum *usu* et  
*obseruantia*, quippe quod interdum occurrit in feudis ab infe-  
riori in superiorem collatis<sup>9)</sup>. Hisce praemissis, necesse



erit, vt, antequam ipsam huius feudi naturam et indolem breuiter explicare aggrediamur, praecipua quaedam feudorum iniuratorum exempla, in quibus fidelitas aut *vi pacti*, aut *vi obseruantiae*, dextra tantum data, a vasallo promittitur, in medium afferantur.

8) II F. 3. §. vlt. II F. 24. §. I.

9) Comprobant hoc exempla feudorum, quae Electores seculares tenent ab Episcopo Bambergensi. Vid. *Io. Christ. Wagenseil* de S. R. I. summis official. et subofficial. (Altorf. 1686.) cap. 18. §. 10. seqq. *Car. Willh. Gaeriner* de Elector. in primis Saxon. feud. et officiis Bambergens. §. 14. ap. *Ienichen* in thes. iur. feud. Tom. III. p. 482.

#### §. IV.

Illustre exemplum feudi iniurati in quo *pacto interposito* vasallagium est remissum praebet terra Budiadingica, das Stadt und Budiadinger Land, cuius dominium directum est penes Augustam Domum Brunsuic. Luneburg.; dominium vtile vero penes Domum Holfat. Gottorpiens. lineae iunioris, quo ex anno 1773. vsus est Fridericus Augustus Dux Oldenburg. <sup>10)</sup> Olim terram Budiadingicam tamquam feudum a Principibus nostris Celsissimis tenuerunt Comites Oldenburgenses, quibus extinctis, denuo in feudum ab Augusta Domo Brunsuic. Luneburg. acceperunt Rex Daniae et Dux Holfatiae datis sexaginta millibus thalerorum. Formula huius feudi definita est in transactione Hamburgi a. 1653. inter Fridericum Daniae Regem, Fridericum Ducem Holfatiae, Augustum et Christianum Ludouicum Duc. Brunsuic. nec non Antonium Guntherum, Comitem Oldenburgensem, qui erat vltimus suae stirpis, habita. Haec autem in §. VIII. laudatae transactionis continentur: "Hat man sich auch ratio-

ne



ne inuestiturae und conditionum verglichen und vereinbahret und zwar dergestalt, das allezeit der Senior Domus oder älteste regierende Herzog zu Braunschweig und Lüneburg ... in Namen des gesammten Haufes das Lehn reichen und ertheilen, solches auch bey demselben allein, so oft es zu Falle kommt innerhalb lahr und Tag gebühlich gemuthet, und in Camera Senioris domini feudi mittelst dessen Fürstl. Gnaden da möglich persönlicher, auch dero Räthe und Diener, so Dieselben etwa dazu ziehen werden, Gegenwart, von einem vornehmen Fürstl. Hollsteinischen qualificirten wesentlichen ministro empfangen werden; massen denn auch die Muthung und Empfangung der Lehen von dem ältesten des Fürstl. Haufes Hollstein und Fürstl. Gottorppischen Linie, jedoch in gesammter Namen und beyder Linien genugsamer Vollmacht geschehen; Dabey zwar keine wirkliche Eidesleistung abgelegt, sondern nur eine verbindliche promissio fidei mit einem HANDSCHLAGE über der Hoff und Lehn-Fahne nach besage der darunter verglichenen und zu End hier beygefügter formulae erfolgen soll etc." <sup>11)</sup> Vi huius transactionis postea in solenni inuestitura a. 1707. in curia feudali Guelferbytana peracta a legato Daniae Regis fidelitas stipulata manu promissa est, vt adparet ex solennis inuestiturae descriptione: *Nachricht mit was für Ceremonien der königl. Dänische Abgesandte im Namen seines Herrn Principalen vom Herzoge Anton Ulrichen von Braunschw. Lüneb. Wolfenbüttel als Seniore domus auf dem Schloß zu Wolfenbüttel am 13 Oct. 1707. mit dem Stadt und Budiadinger Lande ist belehnt worden* <sup>12)</sup>, vbi inter alia leguntur: "Nach geendigter Antwort würde dem Herrn Abgesandten die Hoff- und Lehn-Fahne von dem Oberkammerjunker und Obristen über Ihro Durchlaucht Gardes zu Pferde dem von Hagen und dem Kammerjunker auch Kammerrath von Münchhausen vorgezo-

gen



## VIII

gen und die formula fidei dem Herrn Abgefandten von dem Lehns-Secretario vorgelesen. Darauf derselbe über der Hoff Fahne Herrn Herzog Anton Ulrichs Durchlaucht einem *Handschlag* thate, und im Namen Ihro Königl. Majestät zu Dännemarck etc. Kraft tragender Vollmacht versprach und gelobte etc." Tum sequitur promissio fidelitatis vasalliticae <sup>13</sup>).

Aliud feudi iniurati exemplum nec minus notabile quondam praebuerunt praefecturae *Byto* et *Lawenburg*. Siquidem in pactis Bydgoftiensibus inter *Ioannem Casimirum*, Regem Poloniae, et Electorem Brandenburg. a. 1657. sancitis <sup>14</sup>), ea lege in feudum accepit praefecturas laudatas Elector *Fridericus Wilhelmus*, vt iuramento fidelitatis non praestito, haberentur. Ita enim in memorato pacto constitutum est: "Praeterea de ampliori gratia et beneuolentia nostra serenitatem eius ac illius heredes ob *omni iuramento* nec non tributis, et exactionibus quibuscunque nobis et posteris ratione dictorum arcium et oppidorum praestandis dimitimus et liberos facimus, prout olim a Ducibus Pomeraniae eadem Praefecturae Bytow et Lawenburg tenebantur. ---" Hodie vero hae praefecturae in numerum feudorum iniuratorum amplius referri nequeunt cum pacto Polono-Borussico d. d. 11 Sept. 1773. nexus feudalis inter haec duo regna plane sublatus sit. --- Aliud insique huius rei documentum adfert cl. P. C. *Ribbentrop* <sup>15</sup>) verbis: Das Gesammthaus hat von dem Hochstift Hildesheim vermöge des *Vergleiches* von 1643. die Aemter Lutter am Bahrenberge, Coldingen und Westershofe zu Lehn; der Senior mus sich damit belehnen lassen, und 200 Goldgulden nebst einem *jungen Hengst* als Lehnwaare entrichten. DER LEHNSEID IST NACHGELASSEN, ES WIRD



WIRD ABER EINE MÜNDLICHE ZUSAGE DER  
LEHNSTREUE VERLANGT."

- <sup>10)</sup> Vid. *Ant. Frid. Büfching* im Auszuge seiner Erdbeschreibung p. 822.
- <sup>11)</sup> Transactionem integram vid. in *Lunig* Reichsarchiv Part. Spec. Cont. 2. Fortsetz. II. p. 294. seqq. *Büfching*. Magazin Tom. III. pag. 134. seqq.
- <sup>12)</sup> Exstat in *Lunig*. theatro ceremon. Tom. II. pag. 985. add. *Pfefinger* Braunsch. Historie Tom. III. pag. 999-1003. et pag. 1063-1069. vid. quoque *Schmidt* genannt *Phisfeldeck* in libello: *Hermia*. Lipsf. 1786. n. XI.
- <sup>13)</sup> Literas inuefiturae de terra Budiadingica vid. ap. *Stryk* in exam. iur. feud. append. num. 18. edidit quoque b. *Gottfr. Dan. Hoffmann* in libro: über das Oldenburgische Lehn des Stadt und Budiadinger Landes (Tubing. 1779.) §. 15. Cf. *Scheidt* in notis ad *Moseri* Braunsch. Luneburg. Staatsrecht §. 47. pag. 130. add. *analeſta* iur. feud. Brunſwic. Luneburg. a me edita Tom. I. pag. 140. seqq. — Huius feudi statum nouiffimum refert. cl. *P. C. Ribbentrop* in libello: Beyträge zur Kenntniß der Verfaßung des Herzogthums Br. Luneb. Wolfenbüttelſchen Theils. (Braunschweig 1787. 8.) pag. 101. Audiamus vero verba ipſa: Der Höchſtſeelige Herzog *Carl*, als damaliger Senior des Durchlauchtigſten Hauſes, hat nach Abſterben des lezten Königs von Dännemark dem jezzenigen Könige und zwar in der Perſon des Abgeſandten *Grafen von der Nadt* im Jahr 1764. das Lehn ertheilet. Da nach ſeinem Abſterben der jizzo regierende Landesfürſt Senior des Höchſten Gefammthauſes wurde; ſo iſt mit der Krone Dännemark das nöthige wegen der Belehnung SCHRIFTLICH abgethan worden.
- <sup>14)</sup> Exſtat in *Samuel. Pufendorf* rerum Brandenburgicar. Lib. VI. §. 80.
- <sup>15)</sup> l. c. p. 88.



Sufficiant haec quae de feudis iniuratis attulimus exempla in quibus *vi pacti* manu saltem data fides vasallitica promittitur. At *usu et obseruantia* interdum quoque accidere solet, vt iuramentum fidelitatis non praestetur, quippe quod constat multis exemplis, quorum notabiliora commemorare lubet <sup>16</sup>). Sic v. c. auctor der ausführlichen Re- futation <sup>17</sup>), contra Ducem Holfato-Gottorpiensem nomine Ploenenf. notauit: "dafs in alten Zeiten die Belehnung ohne sonderliche Weitläufigkeiten etwa mit einem *Hand- schlage* pro pignore fidei, sey gegeben worden." Huc quoque referri potest responsio quam *Francisco* Duci Saxoniae dedit *Otto de Wackerbarth*: "Dafs seine Vorfahren und er, bey sich ereigneten Fällen die Lehne gemuthet und durch einen *Handschlag* empfangen hätten" <sup>18</sup>). Eadem obseruantia in *Ducatu Lauenburgensi* et *Megapolitano* obtinet, vbi in conuentu prouinciali Malchiensi d. a. 1633. ad instantiam ordinum prouincial. haec facta est porpositio: "alles bey dem alten Herkommen zu lassen, und bey Emp- fahung der Lehne keinem mit *neuen Eyden* zu beschweren," quod quoque Serenissimi Duces promiserunt. Hinc apud *Casp. Klock* <sup>19</sup>) hoc vocatur: "eine uhralte und unwie- dersprechliche Observanz und Gewohnheit, dafs mehren- theils adlichen Vasallen im Herzogthum Mecklenburg und Sachsen Lauenburg ihre Lehngüter auf zutragende Fälle, von dem Lehnherren anderer gestalt nicht recognosciren, als dafs sie sich gewöhnliche Mutzetteln geben lassen, aber hierüber keine sonderlichen Inuestituren oder Lehnbriefe, wie in andern Churfürstlichen und Fürstlichen Lehnkam- mern bräuchlich, gegen Leistung der Gebühr ablösen; viel- weniger das *iuramentum fidelitatis* würrcklichen praestiren und ablegen,



ablegen, oder *per procuratorem* ablegen lassen.“ Idem certo respectu de feudis Lusatiae superioris obseruat B. G. Weinart<sup>20)</sup>: Ist ein Vasall schon dem Lehn Herrn mit Lehnspflicht verwandt und besitzt Lehngüter, darf er bey Erlangung eines Lehns keinen Eyd ablegen, sondern giebt blos den Handschlag ab.

16) Plura atque diuersa exempla vide apud Buder. loc. cit.

17) Quae existat in diario Europ. Part. XXV. pag. 149. seqq.

18) Ge. Engelbrecht in disp. de singulor. feudor. Mecklenburg. iuribus §. 9. Lunig. in corp. iur. feud. Tom. II. pag. 1402. seqq.

19) Tom. II. Confil. 4. in prooem. et. num. 30.

20) im Lehnrecht des Marckgrauthums Oberlausitz p. 178. (Lipf. 1785.)

## §. VI.

Non solum in *curiis* feudalibus *secularibus* vsu et obseruantia receptum est, vt a vasallis iusiurandum fidelitatis non praestetur, sed etiam in *curiis* feudalis *ecclesiasticis* hic mos subinde admitti solet, quod quidem de curia Ratisbonensi testatur Lunig<sup>21)</sup>, his verbis: *bey der Lehns-empfangnis wird kein Lehneid geleistet, sondern die Inuestitur geschieht mittelst eines Hand-Gelübdes.* Eadem de Curia feudali Argentoratensi tradit Befoldus<sup>22)</sup>: "Es ist das Lehn in solcher Form empfangen und getragen, das so ofte sich eine Veränderung mit einem Bischofe zu Strasburg als Lehn Herrn oder ältesten Vasallen und Lehnräger begeben, allemal alleine der Aelteste des Geschlechts für sich und alle seine Agnaten die Belehnung begehret die ihm auch jedesmal



desmal gegen Reichung eines Handstreichs ohne Praestirung des *iuramenti fidelitatis*, oder auch einer schriftlichen Inuestitur-Fertigung ertheilet, und also über 100 Jahr hergebracht und gehalten worden; wie denn dieses Lehn dahero sowohl bey der Lehnstuben als ingemein den Namen eines HAND-LEHNS bekommen.“

<sup>21)</sup> in corp. iur. feud. Tom. I. pag. 1699.

<sup>22)</sup> in Consult. Tubingenf. Part. 4. conf. 269. pag. 71. add. *Engelbrecht* l. c. pag. 35.

§. VII.

Vfu et obseruantia denique introductum esse folet, vt superior ab inferiori feudum tenens, ab actuali inrisiurandi fidelitatis praestatione solutus sit <sup>23)</sup>. Exemplo sunt feuda, quae tenent Electores seculares ab Episcopo Bambergensi <sup>24)</sup>. Ita enim e. g. apud *Limmaeum* <sup>25)</sup> de inuestitura Electoris Saxoniae traditur: Es hat der Churfürstliche Abgesandte dem Bischofe ohne die Pflichtleistung alleine einen HANDSCHLAG GETHAN, und mehreres nicht, mit angeführter Erklärung, das er wegen Ihrer Churfürstl. Gnaden zu Sachsen diese Belehnung acceptire, allermaffen die vorfahrende Herrn Churfürsten zu Sachsen hochlöbl. Gedächtnis die vom Stift Bamberg lassen empfangen.

Sed haec haftenus; ne exempla feudorum iniuratorum praeter modum cumulata lectorum beneuolorum excitent taedium indignationemque.

<sup>23)</sup> Terra rudiadingica quoque a nonnullis iuris clientelaris Doctoribus in numerum feudorum ab inferiori in superiorem collatorum referri folet; at minus recte, ceu exposuit b. G. D. Hoffmann



*Hoffmann* in libello: über das Oldenburg. Lehn des Stadt und Budiadinger Landes §. 25.

24) de feudis iniuratis official. heredit. inprimis Episcopat. Bambergenf. bene differit *Buder* in opusc. pag. 227.

25) ad Capitulat. Caroli V. in prooem. pag. 123. add. ab *Eyben* in elect. iur. feud. Cap. II. §. 9.

### §. VIII.

Restat itaque, vt naturam atque indolem huius feudi breuiter exponamus. Iam primum vafallos feudum iniuratum tenentes ad feruitia domino praestanda et ad inuestituram iusto tempore petendam et ad reliqua, quae nexus feudalis ferre solet esse obligatos, vix est quod moneam. Iuramento enim fidelitatis in huiusmodi feudo remisso, absonum est, si quis cum *Ottone Tabor* <sup>26)</sup> statuere velit, et ipsam fidem esse remissam; quis enim ignorat, aliud esse remissionem fidei vafalliticae, aliud vero remissionem vafallagii seu iuramenti quo fides promittitur? Hoc quidem vel vi pacti vel vi obseruantiae, quum ad naturalia feudi pertineat <sup>27)</sup> et sine iuramento fidelitas quoque praestari possit <sup>28)</sup>, consensu domini directi accedente vtique remitti potest. Fides autem ipsa cum ad substantiam essentiamque feudi pertineat, saluo feudo abesse nequit <sup>29)</sup>, vt, omne feudum ea ipsa lege, ne fides praestetur, concessum, in feudis non sit habendum <sup>30)</sup>.

26) in ichnographia feudali num. 40.

27) Perill. I. L. E. *Püttmann* in iure feud. §. 37. *Christ. L. B. de Wolff* de notione substantialium, naturalium et accidentalium feudi §. 4. ap. excell. *Zepernick* in der Sammlung auserles. Abhandl. aus dem Lehnrechte Tom. IV. p. 352. *Wolff* in element. iur. feud. Cap. 3. §. 6.



28) Probant hoc exempla, vbi a legatis inuestituram feudi iniurati petentibus fides dextra data promittitur. Sic v. c. legatus Daniae Regis in inuestitura super terra Budiadingica promisit: *Dieser Lehnstücke wegen nicht allein treu und hold zu seyen, sondern auch alle übrige Lehnspflichten zu erfüllen.* Hoffmann loc. cit. Cf. quoque Müller in distinct. p. 233.

29) Vid. Christ. L. B. de Wolff l. c. §. 3. I. I. Hefserich de essential. natural. et accidental. feud. in Conf. Zepernick analect. iur. feud. Tom. I. obl. I, Müller l. c. pag. 46. seqq. Casp. Bitseh in Commentar. pag. 237.

30) Herm. Vultejus de feud. pag. 95. Hen. Berger in disp. de fide vasallitica §. 3. in ei. dissert. iur. select. num. 37.

## §. IX.

Vasallagium, seu modus promittendi fidelitatem, quod in feudo iniurato vasallo remissum est, ipsa obligatione fidei manente, pertinet, vt monuimus ad naturalia feudi. Haec autem, quum in fauorem plerumque contrahentium definire soleant, domini directi et vasalli voluntate atque consensu immutari queunt<sup>31)</sup>. Hinc in quaestionem vix cadere videtur, num propriis an impropriis feudis adnumerandum sit feudum iniuratum? Ob remissum enim fidelitatis iuramentum natura feudi immutata est, ideoque absque dubio haec feudorum species inter feuda impropria est referenda<sup>32)</sup> quidquid etiam diffiniat C. A. L. B. ab Braun<sup>33)</sup>. In omnibus autem reliquis illud naturam feudi proprii retinere, extra omnem dubitationem positum est<sup>34)</sup>.

31) Perill. Boehmer in iure feud. §. 37.

32) Müller l. c. cap. 4. dist. 9. pag. 177.

33) in



- 33) in libello: Gedancken über die Lehre von den uneigentlichen Lehen (ap. conf. *Zepernick* l. c. Tom. III. pag. 161.) §. 29. vbi contendit, feudum iniuratum esse feudum proprium. At *Braunius* confundit veram notionem essentialium seu substantialium et naturalium feudi, vt nuper bene monuit Ill. *A. I. Schnaubert* in Commentar. über die Boehmerschen principia iur. feud. §. 34.
- 34) Vid. Perill. *Boehmer*. l. c. §. 40. et *Püttmann*. l. c. §. 40.





171  
In diesem Buche ist die Beschreibung  
der in der Provinz Sachsen  
gelegenen Städte, Dörfer und  
Ortschaften, welche in der  
Landesbeschreibung von 1718  
nicht enthalten sind, nach  
den neuesten Nachrichten  
aus dem Jahre 1784  
ausgegeben.  
Vollständig herausgegeben  
von  
Herrn Johann Friedrich  
Schubert, Bibliothekar  
in Halle.  
Halle bey Carl Neuberger  
Buchhändler, in der  
Klosterstraße, bey  
dem alten Rathhause,  
im Jahre 1784.  
M.C.C.C.LXXXIV.

171






*KL 740*

*von*


**ULB Halle** 3  
006 789 587











Farbkarte #13

B.I.G.

P. 923

25. 10

DE  
FEVDO INIVRATO  
VVLGO  
HAND - LEHN  
DICTO  
OBSERVATIONEM

SCRIPSIT  
D. THEODOR. HAGEMANN  
IVR. PROF. PVBL. ET FACVLTTATIS IVRIDICAE ASSESSOR  
EXTRAORDINAR. IN ACADEMIA HELMSTADIENSI.

HELMSTADII  
EX OFFICINA M. G. LEVCKART ET FILII.  
MDCCLXXXVIII.

KL 740 P

